



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Aphorismi Confessoriorvm Ex Doctorvm sententijs collecti

Sá, Manuel de

Coloniae, 1610

Adulterium

urn:nbn:de:hbz:466:1-41645

ABSOLVTIO.

9

Non defunt. } *Naua. c. 9. nu. 7. Gerson. p. 2. f. 186.*
Val. t. 4. d. 7. q. 11. p. 1. col. 13.

Sed alij } *Nau. in c. Fratres de pœn. d. 5. numer. 61.*
 vsus Ecclesiæ est; vt omnia, etiam reseruata,
 explicet pœnitens. *Sot. l. c. col. 16. Nau. §. cautus*
cit. nu. 12. Vict. q. 162. Syl. confessio 1. nu. 20. Med.
q. 12. de confess. Corona q. 4. pag. 157.

Quod si } *Vict. l. c. corona l. c.* si velit communi-
 care. s. ad tollendum scandalum. sed negat
Grass. l. c. 12. nu. 11. vbi non est scandalum.

25 Confitens generaliter de peccatis aliàs cō-
 fessus, & absolutis, potest per partes absolui,
 scilicet nunc de parte peccatorum, quæ dixit,
 postea de alia parte cum dixerit.

* *Vict. num. 166.* & partem vni, partem alteri
 explicare, & partē ommittere, *Corona. p. 4. p. 156.*
 Addit. } Manuum non necessaria impositio,
 qua nascens Ecclesia vsa est, non videtur con-
 temnenda. *Sot. d. 14. q. 1. art. 4.*

Hæreticum, in foro conscientiæ, absolui
 posse per Iubilæum, dicunt quidam, negat *Co-*
uar. in cap. Alma. p. 1. §. 11. num. 14. Azor. lib. 8. cap.
10. q. 12. nisi id exprimat bulla, vide Nau. consil.
15. de sent. excom.

Adoptio, vide Matrimonij impedimenta.

ADV LTERIV M, *vide Diuortium, Lu-*
xuria.

ADulterium non est, vbi alter saltem nō
 A s; cū

est coniugatus per verba de præfenti.

* Cum spōsa de futuro non est adulterium,
Couar. epit. p. 1. c. 1. num. 8. contra quosdam.

2 Adulter ad nullam tenetur restitutionem,
si probabiliter dubitat filium esse suum, secus
si credat. Quidam tamen putant, nec, si ei con-
stet esse suum, teneri, nisi ex quadam æquita-
te, quia damnum non dat: quod vulgo non re-
ceptum; quare tenenda communis opinio,
quam primo posui.

* *Vide Nauar. cap. 16. num. 49.* Non solum ex-
pensas educationis, sed, si filia fuit, dotem da-
tam à putativo patre tenetur restituere, si cre-
dat. *Nau. li. c. Vide Arag. q. 62. ar. 6. de iustitia.*

Quidam } *Sot. lib. 4. q. 7. art. 2. in fin.*

3 Adultera non tenetur cum periculo vitæ,
aut famæ, seu honoris, prodere filium esse ex
adulterio: etsi quidam putant teneri aliquan-
do etiam cum vitæ periculo. Nec verò filius
tenetur matri credere etiam cum iuramēto id
asserenti (si tamen credat, tenetur se abdicare
hæreditate, nisi hanc iam præscripsisset.) Nec
ei mater tenetur prodere, cum dubium est an
sit profuturum.

* *Vide Banes q. 62. art. 6. de iust. Sot. l. c. Nau. l.
c. nu. 44. & alij Io. Med. q. 3. de resti. causa. 4. §.
Quid autem, Val. t. 3. d. 5. q. 6. p. 5. Coua. reg. pecc. p.
1. nu. 6. qui omnino legendus. Tol. l. 5. c. 11.*

Cū periculo. } vt si regnum ad alienos tacēte
adultera, peruenturum sit. *Sot. l. c. quod Val. l. c.*
non probat. Filius }

Filius } *Banes, Tol. Cor. l. c. vide Arrag. l. c. Sot. l. c.*
B. Med. in instruct.

Si tamen } *Sot. l. c.*

Nec ei. } *Nau. l. c.*

Arrag. l. c. fœminam debere famæ dispendium pati existimat; si bona hæredis illius fama maiora sint.

Addit. } *Adulter vxori occultus potest debitum exigere; ius enim non amisit in foro conscientia. Sánchez de matrim. l. 1. d. 68. n. 4. Sot. d. 36. q. vni. ar. 4. p. a. Sot. lec. 16. de matrim. Lop. p. 1. c. 83. contraria tamen sententia multis probatur. Vxori publicæ adulterę debitum reddere cum scandalo p. m. est; Vide Couarr. l. c. ex Caiet. vide Lopez l. c. Nau. c. 16. nu. 28. & Sanchez lib. 10. d. 13. de diuortio.*

Aduocatus, vide Iudiciales actus.

1 **A**duocatus potest, quamdiu causa dubia est, patrocinari: quo autem tempore tenetur scire esse iniustam, tenetur de damno.

* *Nau. c. 25. nu. 28. vide Sot. l. 5. q. 8. art. 3.*

2 Aduocare potest coram Iudice sæculari Religiosus ob Monasterij necessitatem.

* *Imperante Prælato c. ex parte de postul. vide Syl. Aduocatus. §. 7. alij etiam Sacerdotes pro rebus Ecclesiasticis, & pro sæcularibus in quatuor casibus, Syl. ibi. 4.*

Addit. } *Aduocatus tenetur sub p. m. paupes*

A 6 res